

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9612

**Auteur(s) :** Richard du Hommet, connétable de Normandie [autre]

**Bénéficiaire(s) :** Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1156-1180]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard du Hommet, connétable d'Henri [II], roi d'Angleterre, confirme aux moines de Notre-Dame d'Aunay[-sur-Odon] un demi muid de froment que Guillaume de Semilly leur a donné à Vienne[-en-Bessin]. Il leur donne également la totalité de la terre et du tènement que Renouf Cachart tient de lui. Également il concède, avec l'accord de ses fils Guillaume, Enguerrand et Jordain, deux acres de terre qu'Eudes de Brécý a données à ladite abbaye à Vienne[-en-Bessin] et une acre de terre donnée par Anquetil de Vienne.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H1217.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye d'Aunay », n° 362-137, p. 81.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Richard du Hommet, connétable de Normandie († 1180). Cet acte n'est pas mentionné dans la charte de confirmation générale du roi Henri II d'Angleterre de 1156-1159 mais mentionné dans un autre charte de confirmation du même roi de 1181-1189.

Texte d'après A

Notum sit universis sancte matris Ecclesie fidelibus presentibus et futuris quod ego Ricardus de Humeto, constabularius domini Henrici regis Anglorum, dedi et concessi in perpetuam elemosinam Deo et abbacie Sancte Marie de Alneto, d[i]midium modium frumenti quod Willelmus de Similleio dederat eidem abbacie pro salute anime sue apud Viana. Sciendum igitur est sicut jam supradixi quod dedi Deo et abbacie predictae pro frumento predicto, totam terram et omne tenementum integre quod tenebat Ranulfus Cachart de me, ita scilicet quod idem Ranulfus monachis ejusdem abbacie faciet plenarie quicquid inde michi prius facere consueverat. Nichil enim de hoc mihi vel heredibus meis retinui seculare in serviticio (sic) vel in auxilio vel in aliquibus unquam quorundam vel (?) nisi tantum spem vite eterne et salutem animarum nostrarum. Similiter etiam concessi .IIas. acras terre quas dedit Eudo de Breceio Deo et abbacie prenominate pro salute anime sue apud predictam villam Vianam et ex dono Anshetilli de Viana concessi eidem abbacie .I. acram terre, concedente et donante Willelmo filio ejusdem

Anschetilli. Ut autem he donationes rate et inconcusse in perpetuum perseverent, et monachi predicte abbacie terras supradictas in pace et libere et quiete et honorifice teneant et possideant, concessu filiorum meorum, Willelmi, Engerrani, Jordani, sigilli mei attestacione confirmare curavi. Testes istis, Johanne capellano, Bertranno de Verdun, Willelmo de Mutign', Willelmo Grimaudo, Bigot de Groceio, Salvagio, Horatio, Petro de Bosavilla, Willelmo de Beiaumes.